



Universitätsbibliothek Paderborn

**Opera Mystica V. Ac Mystici Doctoris F. Ioannis A Crvce
Primi Religiosi Discalceati Ordinis B. V. M. De Monte
Carmelo Et Seraphicæ Virginis Theresiæ fidelissimi
coadiutoris**

Juan <de la Cruz>

Coloniæ Agrippinæ, 1639

§. 1. Declaratur, & confirmatur prior propositionis pars.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37873

B.
Iohannis
a Cruce

Opera
Mystica

MVII

128

196

ELVCIDATIO THEOLOGICA

§. I.

Declaratur, & confirmatur prior propositionis
pars.

Non priori igitur parte assertit huiusmodi affectiones, seu perceptiones spirituales, valde reconditas, & perfectas non posse perfectè cognosci, vel ab ipsa anima, quæ eis afficitur, nec à spirituali Magistro animam gubernante; & hoc verissimum est, huiusmodi namque affectionibus propissimè conuenit nomen Theologiae Mystice, quod, ut sapientia in præcedentibus admonuimus, rem valde secretam, & occultam significat. Vnde doctrinam hanc docent communiter SS. Partes D. Bernardus serm. 74. 10 Cant. ubi sermonem instituens de introitu Dei in animam, sic inquit: Factor, & mihi adueni ass: Verbum, & pluries, cumque savius intrauerit ad me, non sensi aliquoties cum intrauerit, alesse sensi, atfuisse recordor, interdum, & praesentire potui introitum tuum, sentire nunquam, sed ne exitum quidem, nam vnde in animam meam venerit, quove abierit, denique eam dimittens, sed & qua, vel introierit, vel exierit etiam ignorare me fateor, secundum illud. Nesci vnde veniat, aut quo vadat, nec mirum tamen, quia ipse est, cui dictum est, & religio tua non cognoscuntur, &c. Et paucis interpolatis subiungit: Ita igitur intrans ad me aliquam Verbum sponsus, nullus vñquam introitum suum indicij innatessere fecit, non voce, non fucu, non incessu, &c. Quam etiam doctrinam repetit idem Bernardus citatus à D. Bonavent. in lib. de quatuor mentalibus exercitijs, qui soliloquium appellatur cap. 2. inquit: Nonnunquam quasi clausis oculis benè Iesu ad te inhiantis mittit mihi in os corda, quod non luci mihi scire quid sit, &c. Consonat Hugo Victorinus ibi ab eodem D. Bonavent. citatus, sic de hac re loquens: Iam nesciunt vbi se esse conspiciunt, & quasi amplius amorem ab quid intus tenent, & nesciunt quid sit, & tam non rotis viribus tenere concapiscunt. Accedit D. Gregor. ibidem citatus inquisiens: tubilus dicitur ineffabile mentis gaudium, quod non abscondi, non sermonibus aperiri potest, sed tamen quibusdam motibus aperiatur, lucis nullus propriis exprimatur &c. Quam doctrinam approbat D. Bonavent. loco citato, Rosignol de disciplina Christianæ perfectionis lib. 3. c. 14. Auctor tract. de via salutis apud Dionysium Carthusianum, &c.

§. II.

Elucidatur, & testimonij Sanctorum Patrum corroboratur secunda pars propositionis.

EINDE in 2. part. huius propositionis, in qua assertit Mysticus noster Doctor huiusmodi affectiones, & perceptiones spirituales valde sublimes, & reconditas non debere ex operibus, aut considerationibus nostris, vel diligentij, non recusat huiusmodi dependentiam, seu potius coaptationem, & conuentientiam cum illis, tanquam cum dispositionibus, seu meritis de congruo, cum prius ibi expresse assertat: Licet huiusmodi res sint bona dispositiones ad illa &c. sed solum excludit dependentiam ab illis, tanquam à meritis de condigno, seu infallibilibus, & in hoc sensu, quem ipse mihi Mysticus noster Doctor explicuit, verissima est hæc propositione: etenim, iuxta

com.